Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



et ecce filius tuus. Que respondit. Recte. Cumque venisset ad
montem dei in monte apprehendit pedes eius. Et accessit
Gezi ut amoueret eam. Et ait homo dei. Dimitte illam.
Anima enim eius in amaritudine est. et dominus celauit a
me. et non indicauit mihi. Que dixit domine illi. Num
quid petiui filium a domino meo. Numquid non dixi tibi. ne
illudas mihi. Et ille ait adiezi. Accinge lumbos tuos. et
tolle baculum meum in manu tua. Vade. Si occurrerit tibi
homo non salutes eum. et si salutauerit te quispiam non respon-
deas illi. et pones baculum super faciem pueri. Dixit mater
pueri ait. Viuit dominus et viuit anima tua. non dimittam te.
Surrexit ergo. et secutus est eam. Gezi autem praecesserat
ante eos. et posuerat baculum suum super faciem pueri. et
non erat uox neque sensus. Reuersusque est in occursum
eius. et nuntiauit ei dicens. Non surrexit puer. Ingre-
ssus est ergo helyseus domum. et ecce puer mortuus ia-
cebat in lectulo eius. Ingressusque clausit hostium super
se et super puerum. et oranit ad dominum. Et ascendit et incu-
buit super puerum. posuitque os suum super os eius. et oculos
suos super oculos eius. et manus suas super manus
eius. et incurnauit se super eum. et calefacta est caro
pueri. Et ille rursus deambulabat in domo semel huc
et illuc. et ascendit et incubuit super eum. Et ostauit
puer septies. aperuitque oculos. Et ille uocauit Gezi.
et dixit ei. Voca sunamitem hanc. Que uocata in-
gressa est ad eum. Qui ait. Tolle filium tuum. Venit
illa et corruit ad pedes eius. et oranit super terram. tu-
litque filium suum et egressa est. Helyseus uero reuersus
est in galgala. Sancti Johis.